



Ung VI 182

Occasionalia  
politisimum Carnavalesco  
vol. 22  
W-182.

W-182.

ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
PRO-RECTORI MAGNIFICO,  
V I R O

*Summe Reverendo, Amplissimo, Excellentissimoque,*

**DN. D. JOH. GEORGIO  
NEUMANNO,**

Theologo Consummatisimo, Sacrar. Literar. in Il-  
lustri Leucorea Profess. Publ. longe celeberrimo,  
Alumin. Electoralium Ephoro gravissimo,  
nec non Academiae Bibliothecario  
splendidissimo,

*Patrono suo persante observando*

**ITERATAS NUPTIAS**

*Cum*

**VIRGINE NOBILISSIMA  
BEATA CHRISTIANA,**

LEYSERIANO SATA SANGVINE

d. 22. Febr. A. h. 1703. solennissime

celebranti

*pie gratulabatur*

**D. CHRISTIANUS ERNESTUS MUSSIGK,**

Past. Eccles. Belzig. atque Vicinar. Superintendens.

*VITEMBERGAE,  
LITERIS CHRISTIANI GERDESIL*



## HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUNDET NUMINIS!



Vondam erant, qvi, nigricante dum fa-  
ti nubeculâ  
Mente cœca decolores finxerant in-  
ceptias,  
Comminiscebantur olim tale monstrum  
evanidum,

Ac faces si nuptiales alterae piaculum  
Inferant vegrande genti Credulæ; Modo Viri  
Naris ast emunctioris hasce nullo reprobant,  
Nescii minus, sacratis haud suam sententiam  
Literis contrariari , cui vel ipse assentior:

## HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUN- DET NUMINIS!

Ethnicorum tale , Verbi destituti lumine  
Qui tamen fuere, dogma est; Thuriorum ceu docet  
Lex, & improbi Charondæ dura constitutio,  
Qvam seqvuti, Sadducaeis suppares, Cataphryges,  
Nec minus Novatiani, & coeteri Fanatici:  
Nunc Patrum dimitto dicta, maxime discongrua;  
Mitto tandem sanctiones plurimas Conventuum  
Absqve lege corrogatas : dicit hinc mens rectior:

## HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUN- DET NUMINIS!

Qvaeſo, qvidni ſint ſecunda jure matrimonia  
Cuilibet permiffa? Qvippe qvodlibet Viduū  
Ordini manet dicatum Conjugali ; comprobat  
Ista Christus, ipſe Doctor optimus, fed approbat  
Hinc

Hinc & inde Apostolorum nuptiales dogmata  
Hacse taedas : Qvin & olim duxit ille Tharides  
Post Sarae mortem Cheturam , qvem seqvutus est  
Booz ,  
Dum toro Ruthem recepit : hinc stat haec sententia:  
**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUNDET NUMINIS!**

Tradit effectum profecto Maxumus NEUMANNIDES,

Qvod licet: grato Volumen Cœlicum namqve actui,  
Tantum abest, ut huic repugnet , his favens ut an-

Ausibus piis Olympus , cuncta jura qvi regit  
Omnium connubiorum: præstata & præsentibus  
Nuptiis suum favorem jam DEUS, dum cœlitis  
Igne corda jungit auræ tanta: nempe Conditor  
Audit is pudici amoris : Fundus est certissimus.

**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUNDET NUMINIS!**

Vinculum prius jugale , nunc beatæ HOELTI-  
CHIAE

Qvo THEANDER alligatus Hic erat, falx pallidae  
Discidit cruenta mortis: vulnus hoc acerrimum  
Intulit gravem dolorem; Costa enim latulculis  
Dulcis est erecta, Sexus qvae fui Décus fuit;  
Cruda nunc tamen cicatrix ista consanescere  
Cœpit; haecce namqve damna, qvae prius perpeffus  
Parte jam dupla resarcit nobilis LEYSERIA.

**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUNDET NUMINIS!**

Gratulor Tanto Marito candidè de Corculô  
Isto amabili , qvod ipsum nunc sibi conglutinat;  
Est Virago, mira Virtus, inclyta & Profapia,  
Gratia ac formae, fidesqve pura & innocentia

Qvam


Qvam perornat; qvaeqve raras magno honore Ja-  
spidas;  
Imo gemmas vincit omnes, qvas Eoa concipit  
Terra; bis haec qvinta Musa, qvarta & haec Charis  
cluit,  
Sestias secunda vivit; vivit ipsa Cypria.  
**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUN-**  
**DET NUMINIS!**

Tanto & hinc SPONSAE Venustae gratulor de  
Conjuge,  
Splendidum qvi Leucorei nunc refert Apollinem  
Rite Pindi, dum sub ostro prominens Epomidis  
Regiae magmenta curat ardua : at nec negligit  
Numinis potente fretus ipse res Ecclesiae  
Dextera, sed tanquam Achilles is sacram Pelasgiam  
Strenuus fovet reportans praemium victoriae:  
Seculi est nostri Pericles, alter est Chrysostomus:

**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUN-**  
**DET NUMINIS!**

Qvotqvot estis, qvi NEANDRI Maxumi sub Um-  
bone  
Militatis bellicose Latiae in castris Deae,  
Vota in illibata mēcum jam venite singuli,  
Atqve pro felicitate Conjugum communia  
Fundite ad cœli supremum verticem suspiria!  
Floreat NEUMANNIANUM Nomen, & Genus  
suum  
Prole crebra Rector Orbis Praepotens conduplicet!  
Hisce comprehendendo verbis multa verba pauculis:

**HAEC SECUNDA VOTA DIVI VIS SECUN-**  
**DET NUMINIS!**



May VI 182

V. 17



ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
PRO-RECTORI MAGNIFICO,  
VIRO

*Summe Reverendo, Amplissimo, Excellentissimoque,*  
**DN. D. JOH. GEORGIO  
NEUMANNO,**

Theologo Consummatisimo, Sacrar. Literar. in Il-

Profess. Publ. longe celeberrimo,  
Ctoralium Ephoro gravissimo,  
Academiae Bibliothecario

splendidissimo,

*suo persancte observando*

RATAS NUPTIAS

Cum

JE NOBILISSIMA  
**CHRISTIANA,**

NO SATA SANGVINE

or. A.h. 1703. solennissime

celebranti

*pie gratulabatur*

NUS ERNESTUS MUSSIGK,  
Selzig. atque Vicinar. Superintendens.

---

VITEMBERGAE,  
is CHRISTIANI GERDESIL

